

✠ In nomine domini nostri Iesu christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo septimo. Et primo anno principatus domini robberti gloriosi principis mense augusti. Quintadecima indictionem. Per suggestionem antiqui ostis hac fragilitate carnis. omnis homo mendax est. sed dei providentia suoque nimio amore. omnis qui se culpis illigat permisit relicto tramite iniquo per viam veritatis possit incedere. dicente quedam prophesia. Quacumque hora peccator conversus fuerit ab impietate sua vita vivit. et non morietur. Et alibi. sicut aqua extinguit ignem. ita elemosina extinguit peccatum. Iccirco ego Guido filius quondam guidonis qui sum habitator intus hanc suessanam civitatem. Me nimium cognosco in multis prepeditem delictis. Etiam eternam vitam me cognosco amittere. Tamen dum adhuc mentem sanam in me sentior habere et memor sicut dicit scriptura. Ambulate dum lucem habetis. Et iterum. divitie vestre antecedere possunt. sequi autem non possunt. Propterea autem ego modo dum vivus sum ut misericordia merear consequi anime mee de meis facinoris atque adimpleat statutum legis luidprand ut langobardus dum vivit et recte loqui potest pro sua anima de rebus suis iudicare. vel disponere. et quicquid iudicaverit vel disposuerit de rebus suis pro sua anima stabili ordine debeat permanere. Modo vero ego qui supra nominatus Guido pro redemptione anime mee et trocte uxoris mee. et Mirante quondam mee uxoris et filiorum meorum. seu et ego mulier nominata suprascripta trocta uxor videlicet suprascripti Guidonis et filia Iohanni boni iudici sicut nobis aptum et congrum est bona etenim nostra voluntate. Ego qui supra mulier cum

✠ Nel nome del Signore nostro Gesù Cristo, nell'anno millesimo centesimo settimo dalla sua incarnazione e nel primo anno di principato del signore Roberto glorioso principe, nel mese di agosto, quindicesima indizione. Per consiglio dell'antico nemico e per la debolezza della carne, ogni uomo é mendace ma la Provvidenza di Dio e il suo estremo amore permettono che, abbandonato il sentiero dell'iniquità, chiunque si accusi delle sue colpe possa incedere per la via della verità, giacché dice una certa profezia: in qualsiasi ora il peccatore si pentirà della sua empietà viva la sua vita e non morirà, e altrove: come l'acqua estingue il fuoco, così l'elemosina estingue il peccato. Pertanto io Guidone, figlio del fu Guidone, abitante dentro questa città **suessanam**, riconosco di essere troppo ostacolato da molti delitti e anche riconosco di perdere la vita eterna. Tuttavia sentendomi di avere ancora mente sana e memore di come dice la scrittura: Camminate finché avete luce, e analogamente: le vostre ricchezze posso andare prima di voi ma non vi possono seguire, pertanto al contrario io ora poiché sono vivo per poter ottenere misericordia per la mia anima dei delitti e affinché si adempia quanto stabilito dalla legge di Liutprando che un langobardo finché é vivo e parla correttamente può valutare e disporre dei suoi beni per la sua anima, e qualsiasi cosa avrà ritenuto opportuno e avrà disposto a riguardo dei suoi beni per la sua anima debba rimanere in fermo ordine, ora invero io sopra menzionato Guidone, per la redenzione della anima mia e di **trocte** moglie mia e della fu Miranda moglie mia e dei miei figli, e anche io menzionata donna soprascritta **trocta**, moglie cioè del suddetto Guidone e figlia del giudice Giovanni Bono come é per per noi opportuno e giusto, per certo di

consensu et voluntate prescripto viro. et mundoald meum per hanc cartam prolicere. et largietate domini Richardi de aquila nostro seniori pro salute et redemptione animae nostrae et aliis supradictis. in presentia Iohannis iudicis suessane civitatis. et alios testes. Damus. Tradimus. Alienamus. et per hoc scriptum inperpetuum confirmamus in monasterio beati Laurentii de aversa. et vobis arnaldi monachi et propositi monasterii sancti andree. et petro presbitero. et monacho vestro frati. pro parte et vice iam dicti monasterii beati laurentii. Hoc est integra una petia de terra nostra que habemus propinquo civitate suesse in ipsa civitate vetere destructa loco ubi nominatur ralusole propinquo ecclesia sancti Iohannis. nobis pertinente secundum nostris rationibus. per has fines. Uno latere fine silice. habet inde passus quadraginta tres. et quomodo redit mensurando. iuxta terram beneficti fictiliarii. habet inde passus viginti quinque. Et sicut revolvit per ipsum intersicum iuxta eadem terra. habet inde passus duodecim. Et revolventes per ipsum intersicum iuxta terram predictam ecclesie sancti iohannis. exinde habet passus tres. detrahentes mensura directe iuxta eadem terra ecclesia sancti iohannis. habet inde passus sex. Alio latere fine terra predicta ecclesia sancti iohannis. et terra de heredes quondam risi franki. habet inde passus quinquaginta quinque. Uno capite fine terra raynerii bernardi. habet inde passus quadraginta sex. et medium passum. Alio capite fine terra nostra exinde habet passus quindecim. et medium passum ad mensura de passu landoni seniori castaldi est mensurata. Ideo autem suprascripta petia de terra per ipse finis et mensuris indicata qualiter diximus. Una cum arboribus. et cum omnia inferius et superius ibi habentibus. et via sua ibidem intrandi. et

spontanea nostra volontà, io suddetta donna con il consenso e la volontà del prescritto marito e mundoaldo mio, mediante questo atto per licenza e liberalità di domino Riccardo **de aquila** nostro signore, per la salvzza e la redenzione dell'anima nostra e degli altri sopraddetti, in presenza del giudice Giovanni della città **suessane** e di altri testimoni, diamo, consegniamo, alieniamo e mediante questo scritto in perpetuo confermiamo al monastero del beato Lorenzo di **aversa** e a voi Arnaldo, monaco e preposto del monastero di sant'Andrea, e a Pietro, presbitero e monaco vostro frate, per la parte e per conto del già detto monastero del beato Lorenzo, per intero un pezzo di terra nostra che abbiamo vicino alla città di **suesse** nella città antica distrutta nel luogo chiamato **ralusole** vicino alla chiesa di san Giovanni, a noi appartenente secondo nostre ragioni, con questi confini. Da un lato la strada in pietra, ha di qui quarantatré passi, e come ritorna andando lungo la terra di **beneficti fictiliarii**, ha di qui venticinque passi, e come gira per il pezzo di terra interposto vicino alla stessa terra, ha di qui dodici passi, e girando per il pezzo di terra interposto vicino alla terra della predetta chiesa di san Giovanni, di qui ha tre passi, portandosi poi direttamente vicino alla stessa terra della chiesa di san Giovanni, ha di qui sei passi. Dall'altro lato la terra della predetta chiesa di san Giovanni e la terra degli eredi del fu Riso Franco, ha di qui cinquantacinque passi. Da un capo la terra di **raynerii** Bernardo, ha di qui quarantasei passi e mezzo. Dall'altro capo la terra nostra, di qui ha quindici passi e mezzo. misurati secondo il passo del gastaldo Landone senior. Dunque il soprascritto pezzo di terra per i confini e le misure indicate, come abbiamo detto, con gli alberi e con tutte le cose che ivi vi sono sotto e sopra e con la sua via per entrarvi e uscirne, alla predetta chiesa abbiamo dato e consegnato

exhiendi. in prephata ecclesia dedimus. et tradidimus. atque alienavimus. Ego enim qui supra mulier cum consensu et voluntate suprascripti viri mei. Ad possessionem predicti monasterii. et de eius rectoribus. et custodibus. ad habendum. et possidendum. et faciendum exinde omnia quae praedicto monasterio placuerit. Unde nec nobis qui supra vir et coniux. nec ad heredibus nostris nec alii cuilibet exinde nulla reservavimus. eo quod libenter pro salute et redemptionis animae nostrae et prescriptis fecimus. Et obligamus nos qui supra nominati guidoni et trocta vir et coniux. michi qui supra mulier consentiente prescripto viro et mundoald meum nos et nostris heredibus. a pars predicti monasterii et ad eius rectoribus et custodibus integra suprascripta petia de terra per suprascripte finis et mensuris. amodo et semper defendere et antestare ab omnibus hominibus ab omnique partibus. etiam si necesse fuerit pars predicti monasterii esset exinde auctori et defensori vicibus nostris et de nostris heredibus licentiam et potestatem habeant cum ista dationis et traditionis atque alienationis carta. et cum aliis nostris et eorum rationibus et scriptionibus quomodo vel qualiter melius potuerint et voluerint. et quicquid exinde fecerint. eorum sint potestatis. Et quando necesse fuerit defendimus illud a pars predicti monasterii ut dictum est. Si autem nos qui supra nominatus vir et coniux vel nostris heredibus hanc dationis. traditionis. atque alienationis cartam de quibus continet aliquando per quaecumque ingenium dirrumpere vel remove querierimus. et si non defensaverimus et non compleverimus illud a pars predicti monasterii. quinquaginta bizzanteis solidos aureos bonos pena a pars predicti monasterii componere et dare obligamus. et taciti et quieti inde vel exinde eis maneamus

predetta chiesa abbiamo dato e consegnato e alienato, io suddetta donna per certo con il consenso e la volontà del soprascritto marito mio, in possesso del predetto monastero e dei suoi rettori e custodi affinché lo abbiano e possiedano e ne facciano pertanto tutto quello che sarà gradito al suddetto monastero. Di cui dunque né a noi suddetti marito e moglie né ai nostri eredi né a chiunque altro riservammo alcunché di quelle cose anzidette che volontariamente per la salvezza e la redenzione della nostra anima abbiamo fatto. E prendiamo obbligo noi suddetti Guidone e **trocta**, marito e moglie, a me anzidetta donna con il consenso del predetto marito e mundoaldo mio, noi e i nostri eredi, da ora e sempre di sostenere e difendere da tutti gli uomini e da ogni parte gli integri soprascritti pezzi di terra per gli anzidetti confini e misure per la parte del predetto monastero e per i suoi rettori e custodi. Inoltre se fosse necessario alla parte del predetto monastero di essere dunque attori e difensore in vece nostra e dei nostri eredi, ne abbiano licenza e potestà con questo atto di donazione e consegna e cessione e con altre nostre e loro ragioni e scritti come e nel modo in cui meglio potranno e vorranno, e qualsiasi cosa dunque faranno sia loro potestà. E quando sarà necessario lo difendiamo per la parte del predetto monastero come é stato detto. Se poi noi sopraddetti marito e coniuge o i nostri eredi in qualsiasi tempo e con qualsiasi artificio cercassimo di rompere o annullare questo atto di donazione, consegna e alienazione per quanto contiene e se non lo difendessimo e non lo adempissimo per la parte del predetto monastero, per pena ci obblighiamo a pagare come ammenda alla parte dell'anzidetto monastero cinquanta buoni solidi aurei di Bisanzio, e pertanto taciti e quieti da ora e d'ora innanzi rimaniamo sempre. E in tal modo noi anzidetti Guidone e **trocta**, marito e

semper. Et taliter nos qui supra nominatus guidoni et trocta vir et coniux qualiter nobis congruum fuit. Ego enim qui supra mulier cum consensu et voluntate prescripti viri et mundoald mei. Quam et pro licere et largietate prescripti domini nostri Richardi de aquila pro salute et redemptione animae nostrae sicut supra dictum est. ita libenter fecimus. Et te Lando Clerico. et notario qui interfuisti scribere rogavimus. Actus Suessae.

✘ EGO QUI SUPRA IOHANNES IUDEX

✘ EGO IOHANNES IUDEX

✘ Ego benedictus presbyter

✘ Ego Iohannes de paulo

coniuge come per noi fu congruo, io infatti anzidetta donna con il consenso e la volontà del predetto mio marito e mundoaldo, il quale anche per licenza e generosità dell'anzidetto signore nostro Riccardo **de aquila**, per la salvezza e la redenzione della nostra anima come sopra è detto così spontaneamente facemmo. E a te Lando, chierico e notaio, che desti assistenza chiedemmo di scrivere. Redatto in **Suessae**.

✘ Io anzidetto giudice Giovanni.

✘ Io giudice Giovanni.

✘ Io presbitero Benedetto.

✘ Io Giovanni **de paulo**.